

Reverende in Christo Pater

Pax Christi

Anno proximo elapso scripseram ad Rv ex hoc peruvano orbis angulo
 certiore faciens rerum quarundam indicarum ac primum quidem
 cuiusdam Comete sub finem anni 1652 per totam hanc australem
 Americam visi, unde (omissis observationibus quas habui) nullam
 habere paralaxim et in Europa etiam visum existimo. ortum habuit
 circa argona vim et prope Andromedam disparuit intra 15 dies. De quo
 latius tunc. similiter retuli et effigiem misi cuiusdam apparitio-
 nis in aere circa solem que prope parenssem orbem visa fuit
 ac insuper consului Rv. circa litteras latinasque reperiuntur
 exaratas in statua perantiqua et miraculis insigni que in Canaria
 Tenerifa insula reperitur et antequam insula ab hispanis hec ab
 insulensibus imago in littore inventa. etidem circa alio carae-
 teres reptos in quadam Cruce circa nove Zemble littus que habetur
 in itinerario Belgico Joannis hugonis linschotani quod folio 18 in
 delineatione geographica. insuper et hosce qui
 habentur in historia Peruvano Augustinianorum
 idiomate hispano per P.p.f. Antonium dela Calancha
 Lib. 2. c. 3. descripta ex lapide perantiquo in pago
 Cadango prope limam ab etnicis olim in honore habitus
 et dicuntur esse a D. Thoma Apostolo exaratas. tres circuli
 qui habentur infra lineam et prope characterem anchorae speciem
 referentem exarati dicuntur ab ipsis indis, eo quod videtur quidam
 hoc super lapide peccans cum scorto fulmine ictus sit eodem loco
 et in rei memoriam appositum aivat hoc signum cetera ab Europaeo
 quodam S^{to} qui nobis et colore et barba similis erat.



Ad hęc nescio an ullum a RV. acceperim responsum, certè ad manus meas non pervenit nec perveniet, hoc quippe anno litterę omnes quę ex Europa advenerant fecere naufragium. quare idem iterum peto a RV. ut hunc quem suscepit laborem dignetur renovare.

Postulavit denique amicus quidam meus cui quę de vnguento armorii et vitrioli ~~curatio~~ remedio seu mēdendi modo in Europa agitabant enarrari, ut vnguenti armorii confectionem et applicationem quę mihi latet a RV. ediscerem ac insuper vitriolo mēdendi modum, quod facio modo, enixe postulans ut hunc pro me laborem libens suscipiat et pariter me quem potuero libenter pro VR. suscepturum promitto, et quacumque in re potuero inservire non cunctans executurum. si quid præterea in mathematicis (quorum RV. amicus et oraculus veneror) novi repertum audiam per libenter.

Chilensis regni stragem ab indis rebellibus factam iam VR. novit, vix eam effugit discipulus VR. Nicolaus Mascardus, qui non levi periculo ex quodam municipis ad Conceptionis urbem evasit. Duo acciderunt memorata digna. in Araucensi castello suburbis dirutis et ab hoste occupatis deficiebat aqua, iamque triduo acris torquebantur siti. interea hostes quadam Christi imagine et alia B. virginis e domo nostra quę in suburbis erat asportatis primum Christi imaginem fustibus et flagellis etiam in lignum crudeles ceciderunt, deinde virginis deiparę (et quidem immaculatę conceptę ut addunt nonnulli) amputantes caput, hoc lanceis hostium impoſito in triumpho iam Christianorum deus devictus iacet plenis buccis concrepantes, caput imaginis deiparę intra Castellum proiecerunt superbe addentes: en virgi dei vestri matris caput, de qua tot effutitis mendacia quot miracula, eia modo vos adiuvet et aquam subministrat. dictum mirum, illico ex eodem quo caput decedit loco, fons amēnus prompsit, quo non modo acris obsessorum sitis verum etiam ignis ab hostibus accensus in Castellis liquo munimento, extinctus est. Eodem tempore et loco Alba quedam columba ter castrum circumcurre visa quotidie cum in tota illa prov. nulla da beatur nec dngur.

ab hispanis intra castrum obsessis visu fit. alius occisi seu
truncati ab illis christianorum dei animam esse, alius illum
fratrem exclamantibus qui opem laturus adveniebat, unde
terrati cum intra biduum possent castrum occupare, necdum
ausi fuerant affilire. ego virginem sub hac columbae specie
hopes terruisse existimo, nisi quis noniam pamphiliam columbae
non modo Italiam orbis corculum, sed etiam hosa extremos
orbis angulos prope te volatu defendere dixerit. R. V. enixe
deum roget ut semper hoc securus tutamine quam nactus
spartam digne excolam. quod ff. suis sacrificiis assequar
quibus me etiam atq. etiam commendo. protosii in
perurio Julii 31. anni 1655.

R. V. servus in Christo
Joannes Ramon de Coninck

Rom 2

Reverend
Pater



Reverendo in Christo Patri
P. Athanasio Kircheri
Societatis Jesu

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the paper.]